Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ego enim dabo vobis os et sapi
entiam cui non poterunt resistere
omnes adversarii vestri. Tradentur
autem a parentibus et fratribus et a cognatis
et morte afficient
ex vobis. Et eritis odio omnibus
propter nomen meum. Et capillus
de capite vestro non peribit. In pa-
tientia vestra possidebitis animas
vestras. Qui autem perseverabit usque in finem hic salvus erit.

Illo tempore: Cum appropinquasset
egrederetur jesus de templo.
Et ecce quidam ex discipulis eius
dixerunt ei magister aspice quales lapides
et quales structure. Et respon-
dens jesus ait illis. Vides has
omnes magnas edificationes? Non
relinquetur lapis super lapidem
qui non destruatur. Et cum sedere-
t in monte oliveti accesserunt ei seorsum
petrus et iacobus et andreas et
iohannes. Dic nobis quando ista fi-
ent et quod signum erit cum hec omnia
incipient consummari? Et respon-
dens jesus cepit dicere illis. Videte
ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes
quia ego sum xpsus et multos se-
ducent. Cum autem audieritis
bella et opiniones bellorum ne
timueritis. Oportet enim hec fi-
eri. Sed nondum finis. Exurget ent
gens in gentem et regnum super
regnum et erunt motus pluvia-
rum et fames. Initia dolorum hec. Vi-
dete autem vos metipsos. Tradent
enim vos in concilia et in synagogis
vapulabitis et ante reges
et presides stabitis propter me in tes-
timonium illis. Et omnis gentes
primum oportet predicari evangelium.
Et cum ducent vos tradentes
nolite premeditare quid loqua-
mini. Sed quod datum fuerit vobis in illa
hora id loquamini. Non enim
vos estis loquentes. Sed spiritus s.
Tradet autem frater fratrem in
mortem et pater filium et insurgent fi-
lii in parentes et morte afficient
eos. Et eritis odio omnibus propter
nomen meum. Qui autem sustinu-
erit usque in finem hic salvus
erit.

Illo tempore: Cum sedisset
ihesus super montem oliveti
accesserunt ad eum discipuli secre-
to dicentes. Dic nobis quando hec erunt
et quod signum adventus tui et
consummationis seculi? Et respondens
jesus dixit eis. Videte ne quis
vos seducat. Multi enim venient
in nomine meo dicentes ego sum
xpsus et multos seducent. Au-
ditum autem estis prelia et opinio-
nes bellorum. Videte ne turbemini